



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vita Et Virtutes Venerabilis Patris Ludovici De Ponte, Societatis Jesu**

**Lamparter, Heinrich**

**Jngolstadii, 1662**

Cap. VIII. Officia Ludovici erga externos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43978**

lie de tempore haberet in vivis Ecclesia. Nam  
 tra idem de illo scripsit anno 1623.  
 servati Antonio de Arannas, licet non  
 osset duceretur à Deo per vias inusita-  
 usa fuerat, revelationum, aut spectaculo-  
 rum, granlorum cœlestium, extra ordinem  
 t eodem tamen, & magis admirabiles fue-  
 e viverunt ejus virtutes, quàm in ullo se  
 oquio deprehendisse Ludovicus memi-  
 n se prnerit. Eas exhibet peculiaris histo-  
 m nonria vitæ ipsius, unde hîc referre su-  
 t eo frpersedeo, contentus hoc memo-  
 orbis, rârâsse, quòd cùm longè majoribus  
 ad avpar esset, annos triginta primis  
 Vbi nGrammaticæ Rudimentis docen-  
 spiritus dis impenderit; sanctè mortuus  
 sancti Vallisoleti 20. die Augusti 1615.  
 res a ætatis suæ septuagesimo.

CAPUT VIII.

OFFICIA LUDOVICI  
 erga Externos.

**N**ON minore industria, fru-  
 ctuque

*Munus  
Confes-  
sarij quo-  
modo  
obierit.*

Atque se Ludovicus alijs, extra  
Societatem, impendit, privata  
dirigendo eos, qui ad perfectio-  
tendebant ejus auspicijs; publi-  
concionando, & exhortando.  
primis ergo permagni facieb-  
munus Confessarij, quod com-  
tales proximè restituantur in  
tiam conditoris, exerceatur om-  
genus misericordiae, & impleat  
officium Sacerdotis, quod est  
solum offerre Deo corpus Christi  
sed etiam condonare peccata  
nique non exigua in eo difficultas  
ac molestia sit exhaurienda, quo-  
cultius, eo remotius à periculo  
plausus humani, cui expositum  
munus concionandi. Multi enim  
sacrae confessionis gratiam venientem  
ad eum, non è vulgo tantum, sed  
etiam summi ordinis Principes  
Proceres, Antistites: quibus opor-  
tam dabat sine discrimine, pro  
unicuique videbatur congruere  
atque

atque id verbis quidem paucis, tam  
potentibus tamen, concinnis, ac  
vivacibus, ut omnes magno cum  
solatio, & satisfactione ab eo rece-  
derent; éstq; animadversum, quot *Oratio*  
quot eum accessere constanter, *incitat*  
magnos in familiaritate DEI, & vi- *ad victo-*  
ctoria sui ( quæ duo spectabat *oriam sui.*  
mnis ejus adhortatio ) fuisse pro-  
gressus. Nolebat loqui cum femi-  
nis extra confessionale: quare vo-  
catus à quadam ad colloquium, ut  
eum videre posset, ac nôsse de fa-  
cie, jussit eam, si non placeat ire  
ad confessionale, vocare alium  
quemlibet. Multo minùs adibat  
earum domus, nisi morbus exige-  
ret: quia non conveniat dignitati  
Sacerdotis, circumferre benefi-  
cium absolutionis per domos; cum  
id sit veré pœnitentium, quærere  
animo demisso Sacerdotem, qui  
eos à vinculis noxarum absolvat.  
Cum per infirmitatem ad agros *Studen*  
itare

juvandi  
agros,

itare non posset, utebatur jume  
to, socio ad latus cavente, ne de  
deret. Ac licet aliquando pra  
bilitate non posset ascendere  
scalas ædium, quam primum tam  
ad lectum ægri consedit, ei tante  
virium aderat, ut officio fungi  
set, quasi non fuisset infirmus  
vestigio tamen, re peracta, redi  
ei prior debilitas. Idem evenit  
rarò, cùm in confessionali vix  
mam recipere sineret infirm  
tas, & qui viderunt, ut ei parceret  
in alium diem differre vellent  
negotia; non permisit illos abire  
sed iussit ea proferre, sensitque  
spiritum ac vigorem, donec op  
esset, abunde suppetere. Vocat  
ad infirmos, accurrebat omnib  
intermissis, quæ tum habebat p  
manibus, licet ipse quoque for  
infirmus; unde cùm femina qu  
dam post multas & horribiles d  
tas, execrabilem animam in ocul  
evom

evom

evomisset, prius quàm ad eam perveniret Ludovicus, aiebat, si qua in se fuisset mora, dolorem ejus tarditatis nulla usquam ratione sibi eximendum fuisse.

II.

Ut non ægrè ferebat, si quis, *Voluit*  
deserto se, mallet apud alium sua *pœnitentibus li-*  
peccata deponere; ità non facile *bertatē*  
recipiebat eos, qui deserebant il- *esse eli-*  
lum, quocum agere prius consue- *gendi*  
verant. Ità cuidam virgini, suorum *Confes-*  
importunis hortatibus adactæ, ut *sarium,*  
alteri Sacerdoti confiteretur, qui  
magna cum opinione sanctitatis  
in civitatem venerat, libenter id ei  
concessit, cum ista monitione, ut  
non permitteret se domi visitari ab  
illo, sed confiteretur in templo.  
Cujus mutationis cùm illam brevè  
pœnituisse, non ampliùs eam ad-  
misit, donec à cœlo, verbis expres-  
sis, inter preces est monita, ne ullo  
alio, quàm Ludovico vitæ suæ mo-

G derato-

deratore uteretur deinceps: quod fecit, quoad recepta est in familia S Augustini, quæ Recollectarum dicitur, ubi sanctè est mortua. Dicitur, ut sua omnibus constaret libertas, nullius unquam admittenda vota, quibus obstringeretur ad obediendum iussis ipsius, neque voluit unquam relaxatione legi hac de re latæ à S. Jgnatio: qui iudicaret præstare, suam omnem libertatem relinquere, quàm impudici id genus votorum religionibus

## III.

Habuit verò multas politicissimas virtutis virgines, quas disciplina sua ad illustre fastigium evehit, quas inter Aloysia Carvaialia, cui corpus etiamnum in Regali Conventu nobis, cui ab Incarnatione est servatum, incorruptum servatur Matrimonium quò deportatum est Londinoniam Anglia. Nam ausu plusquam miramineo, divinitus tamen (ut Ludovicus vicus obstantibus dinum ibi virgines alieni alicui una summat: pro vita, à Ludovico Altera fundata: gustini Ludovico est in ejus res Merit Societas eius, muniture, & stantem fuit Matana virginitatem pium pgravioranquam vicus

*Aloysia  
Carva-  
jalia fa-  
ctum he-  
roicum.*

vicius censuit, multis licet impro-  
bantibus) acta, ex Hispania Lon-  
dinum pervenerat, & cum selectis  
ibi virginibus, in conspectu Regis  
alieni à Religione Catholica, in  
una simul domo sanctissimè vixe-  
rat: prout uberius perhibet ejus  
vita, à Luisio Munnocio descripta.

Altera fuit Mariana de S. Joseph, *Funda-*  
fundatrix Recollectarum S. Au- *trix Re-*  
gustini, peculiari DEI mandato, *collesta-*  
Ludovici consilij usa; ut videre *rum ab*  
est in ejus vitæ cap. 15. Hic annūe- *illo diri-*  
res Menciam de Padilla, summis in *gitur.*  
Societatem, ac pauperes benefi- *Mencia*  
cijs, multoque magis heroica vir- *de Pa-*  
tute, & sanguine nobilissimo præ- *dilla.*

stantem. Sed maximè conspicua *Marina*  
fuit Marina de Escobar, Vallisole- *de Es-*  
tana virgo, prodigio similis. Quæ *cobar.*  
vitam usque ad annum octogesi-  
mum produxit, sine omni labe  
gravioris noxæ, ne leviter quidem  
unquam tentatâ suâ castimonia,

G 2 sed



sed gravissimis exercita doloribus  
corporis, per annos adè 50. quorū  
ultimis 30. non potuit è lecto  
surgere; imò sepe ne movere  
quidem integris mensibus, insuper  
etiam exquisitis, ac diris exemp-  
tione cruciata à dæmone. Interim tantū  
ardore flagrans amoris erga Deum  
ut fatentibus Medicis, conservari  
non posset in vivis, nisi Divina  
providentia. Assiduis quoque recreationibus  
alloquijs cœlitum, & edocta de  
rebus futuris, longè distantibus  
scandentibus, & summis mysterijs: sic  
agens familiariter cum DEO, &  
multū cū hominibus, ac si duas  
vitas haberet. Multa miracula  
fecit ac dixit, quæ certis autē  
testibus, testibusque probata facta  
Senatui, pluribus hîc referre non  
attinet, peculiari quondam pro-  
ditura volumine: quæ Ludovicus  
ipse sex libris deduxit usque ad  
septuagesimum annum ejus ætatis  
cū

**C**um per annos triginta omnium rerum suarum virgo illi rationem dedisset, quas rigidissimo examine solitus erat, ipsa sic petente, discutere. Illud hinc omittendum non duco, quod suis doloribus, quos è spinea corona, & vulneribus manuum ac pedum sensit, Christus<sup>m</sup> eam dignatus fuerit; nullo quidem vestigio in manibus ac pedibus<sup>m</sup> conspicuo, nisi quòd in eis tactu perciperetur cavitas quaedam: lateris autem vulnus oculis patuit, ac sanguine cum aqua stillavit. Cum autem senio, morbis, & minimo cibo, deformata fuisset, quando divinum epulum sumebat, elegans erat, facie plena, & rosea, instar Angeli, ac vires corporis instaurabatur. Cubiculum ejus nihil omnino tetri odoris habuit, sed erat quasi campus apertus, qui perflatur suavibus zephyris; licet semper clausum esset, sine alio lumine,

mine, quàm candelæ aut lampadis  
ut medici admirati, tot annis, apud  
feminam, graviter infirmam, in  
occluso cubiculo nihil esse grave  
olentiæ, licet nihil odoramento  
rum adhiberetur, judicârint hoc  
ab altiore virtute provenire. Præter  
custodem, decem alij Angeli, in  
forma juvenum scitissimorum  
aderant ei semper ad solatia, opem  
& consilia. Et cùm non sine tor-  
mento cibum sumeret, eiq; Chri-  
stus gratiam vitæ sine cibo servan-  
dæ offerret, recusavit modeste, di-  
cendo; cùm & ipse, & sanctissimæ  
ejus Mater comederint, se quoque  
cibo uti malle; quia homo sit mor-  
talis & miserabilis, non Angelus.  
Multorum sermone celebratum  
est, eam non semel tantùm ex His-  
pania translata divinitus, in  
Germania præsentem fuisse Regi  
Suecorum Gustavo; & quia cognos-  
cat è cœlo, cum anima omnium  
fere

Lu  
fere,  
præsta  
tis co  
gion  
dem t  
nequ  
Ne  
num,  
sam fr  
dovic  
sum  
tis & c  
cuius  
vires  
nulla  
elatio  
missio  
cum t  
ingen  
boli s  
totis  
bus, c  
const  
fere

fere, quæ tunc erant in mundo, præstantissima donatum esse, multis conatam ad Catholicam Religionem convertere. Quod equidem tabulis probatum non habeo; neque tamen arbitror incredibile.

IV.

Neque verò cava specie imaginum, vel diabolicis præstigijs delusam fuisse, magnis argumentis Ludovicus collegit; quæ fuerunt, summus nitor, & castimonia mentis & corporis, cum horrore culpæ cuiusvis: maxima inter tantos favores cœlestes animi demissio, quæ nulla unquam gloria pulsabat, nec elatio: cogitatio semper absque remissione intenta in DEI, magna cum tranquillitate, præsentiam: ingens cura, ne qua sibi fraus diaboli subreperet; quo factum est, ut totis viribus obstiterit his affatibus, donec ipsi divinos esse cerò constaret: accessit ardens deside-

*Signa  
boni spi-  
ritus, nō  
diabo-  
lici.*

G 4 rium

rium patiendi multa DEI causa, & in acerbissimis doloribus æquitate animi, & mirus consensus cum DEO: studium vehemens alieni salutis, & in miseris aliorum sensu tenerrimus: postremò cupido de refectionis alienæ, ut nihil quidquam suarum rerum celaret animi suum moderatores, nihil suo sensu, iudiciove auderet. Quæ omnia, cum in ista virgine cumolata cernerentur, nulla potuit præstigiarum, fallaciarumve locū habere suspicio. Cū autem Ludovico per mortem sibi crepto non parū doleret, ipsi illi de cœlo gloriosus adfuit, frequentissimè ad eadem officia, quæ illi vivens præstiterat, consolando dirigendo: donec eum post annum novem secuta est, nono die Junii 1653. Christo cum innumeris conciliis animam ipsius deducente, omni autem ordine funus ejus maximis honoribus profecuto.

V.

Insignem Ludovicus dexteritatem habuit in S. Jgnatij exercitationibus, quibus & nostros homines, & externos, maximo eorum fructu excoluit. Et nostri quidem gaudebant eas obire sub illius auspicijs; quin & expetebant, ut alijs ex domicilijs, earum gratia, liceret sibi proficisci ad illum. Quod quidem Luisio de Valdivia prosperrimè cecidit: Nam super illa verba divini Vatis: *Bonus es tu, & in bonitate tua doce me justificationes tuas*, tot ei considerationes admirabilium, & efficacissimorum sensuum dictavit, ut postea contestatus coram sacro iudice sit, illorum se lumen, ac dulcium animi motionum, longo postea tempore sensum habuisse & fructum. Jbi certè ad Indos proficiscendi cepit consilium, quod Ludovico probante secutus est, innumerabilium

F 5 homi-

Valet  
Ludovicus  
in  
traden-  
dis exer-  
citijs.

hominum salute. Similem ex illa utilitatem retulerunt aliarum Religionum familiæ. Abbas Cisterciensis Medinæ Campi talis ab his exercitijs rediit ad suos, ut exemplo suo maximam Cœnobio suo intulerit lucem, omnibus ad imitationem accensis. Alius Ordinis Carmelitani, magnæ inter suos auctoritatis, nō dubitavit asserere, quòd si semper duraret flamma, quam verba Ludovici in animo suo accenderant sub exercitijs, haud dubiè se in numero Sanctorum futurum, illamque sibi visum fuisse canalem quendam divini amoris, quem largiter infunderet, quibuscum agebat. Antonius Pimentel, Comes de Luna, inter exercitia doctrinam ejus, velut aliam à cœlo, non nisi flexis genibus audire solitus, & singulari demissionis exemplo, nostris hominibus in triclinio ministrare dignatus

tus est, tantus Princeps: qui cum paulo post orbaretur conjugē, in flore ætatis lectissima femina, tam generosè hoc tulit, ut appareret eum ab exercitijs prodijisse meditatū ad omnes casus adversos. Post illa verò sepe ab arce sua, quatuor leucas distante, veniebat incomitatus de nocte, ut cum Ludovico de animæ suæ rebus agere posset sine arbitris. Nec mirum est, illius verba tantum ponderis habuisse, cum exercitiorum argumenta distabat; quando ipsemet sic mysteriorum illorum æstimatione commoveri solebat, ut totis artibus contremisceret, & suum pariter conclave concuteret: quod olim accidit ei, cum divinæ Majestatis erga sceleratos severitatē attentius considerasset.

VI.

Ex hac affluentia lucis internæ, qua res divinas contemplantur, nata



Concio-  
nandi  
vis in  
Ludo-  
vico.

nata est etiam illa vis dicendi per  
concione, qua magnas fecit con-  
versiones animarum ad æterna.  
multos commovit ad obeunda  
exercitia, ut quæ audierant, peni-  
tius considerarent per otium: mul-  
tos ad humana deserenda deduxit  
in Cœnobîa: plerisque excussit  
lacrymas, & imo ex corde suspiria.  
Concionatus est autem Villagat-  
ciæ, cùm Rector esset, omnibus die-  
bus festis, & quibus Salvatorem na-  
tum, & à morte redivivum Christiani  
celebrant, vel expectant. Sed cùm  
per debilitatem virium corporis  
non amplius posset conscendere  
suggestum, nec in eo consistere  
pedibus, deinceps è plano dixit in  
sedili, per loca frequentia, & per  
Monachia Virginum; quo in ge-  
nere multum excelluit. Hoc nota-  
tum est, cùm in sermone familiaris  
nonnunquam hæsitaret lingua, in-  
ter concionandum & exhortan-  
dum

dum  
proflu-  
ba ser-  
tem a-  
ut se-  
dome-  
collig-  
præfic-  
dum,  
ne ple-  
stere,  
Illud  
terdum  
indie-  
cùm  
lum  
cum  
Nam  
surge-  
ullum  
in mo-  
enim  
mini  
perfe-

dum nihil unquam offendisse, sed  
profluentia æquabili potentia ver-  
ba sententiâsque fudisse: tanto au-  
tem ardore postremis annis vitæ,  
ut se post unam exhortationem  
domesticam ægrè per aliquot dies  
colligeret: nihilominus tamen  
præsides id officij petebant inter-  
dum, quod ex unica ejus allocutio-  
ne plus emolumentum viderent exi-  
stere, quàm è pluribus aliorum.  
Illud obiter dixero, excidisse illi in-  
terdum cum lacrymis voces, quibus  
indicaret, quo ipse animo foret: ut  
cum dixit, se si quando erravit, nul-  
lum tamen unquam foedus inijsse  
cum ullo etiam levissimo vitio.  
Nam licet humanum sit labi, re-  
surgere, luctari; nunquam tamen  
ullum peccatum esse admittendum  
in morem & consuetudinem: illa  
enim re nihil esse perniciosius ho-  
mini, qui debet ad absolutionem,  
perfectionemque virtutum con-  
tende-

tendere. Alio tempore dixit, se nullum vitæ modum, aut religionem Deo gratiorem, perfectiorem non novisset, quàm nostra sit, protinus concessurum ad illam. Nunc autem se invenire in ista, quidquid cor suum desideret: quibus verbis in auditoribus non parùm instituit amorem intendit.

### CAPUT IX.

LVCVBRATIONES ET LIBRI  
scripti à Ludovico.

I.

*Divinitus impellitur ad scribendos Libros.*

**Q**UOS vrit ignis veri amoris divini, otiosos & inertes de gere non sinit: semper aliquid moluntur in ejus honorem & obsequia. Cùm igitur ad alia non supererent vires, & satis operis faceret; coelesti mentis instinctu vehementer incitatus est, ad Libros edendos utilitati publicæ. Sed ipse